Perillvstri Ac Generoso D.

GEORGIO FVGGERO SENIORI

BARONI IN KIRCHBERG, ET VVEISSENHORN.

Chriſtophorus Clauius è Societate IESV S. P. D.

VT Veniet In Manvs Tvas liber hic meus, Generoſe Domine, veniet & in mentẽ, vt opinor, Theocritęum illud, βάρδισται μακάρων ὧραι φίλαι: cum lentiſſimo gradu, quo mira celeritate aduolare debuerat, vix aliquando peruenerit. Serius omnino merito tuo, & voto meo partus hic noſter properat ad Patronum ſuum: verum ſi editum illum iam grauibus annis reputaueris, facile apud te conſtitues, à tarda ſenectute non niſi fœtum tardum expectari potuiſſe. Nunquam alias tam frequentibus, moleſtiſque morbis conflictatus, nunquã tanto arſi deſiderio, vt quod iam diu conceperam, aliquando in lucem exponerẽ,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG